

## II Zeemie

218

eliasub. et de ianitoribus sellum et thele. et vii. Et ex israel de filiis pbaros remeia et ezia. et melbia et miamim et eliezer et melchia et banca. Et de filiis helam: mathania zacharias et iehikel et abdi et rimoth. et helia. Et de filiis zethua: elioenai eliasib nathania et hierimoth et zabeth et aziza. Et de filiis bebai: iobannan anania zabai atbalai. Et de filiis beni: mosolla et melluch et adaia iasub et saal et ramoth. Et de filiis phetmoab: edna et chalaal-banaias et maasial-mathanias beselehel bennui et manasse. Et de filiis erem: eliezer iesue melchias semeias symeon beniamin maloch samarias. Et de filiis aso: mathanai mathet azabeth elphelet hiermai manasses semei. De filiis bani: maaddi amram et buel-baneas et badaias chelau bannia marimoth et eliasib mathanias mathanai et iasiet bani et bennui semei et salmias et nathan et adaiaf mechne dabai-sysai sarai-ezrel et selemai et femeria sellum amaria ioseph. De filiis nebut: abihel mathathias zabeth zabina ieddu et iohel et banai. Omnes hi acceperant uxores alienigenas. et fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios.

Explicit liber Esdre primus  
Incipit liber Zeemie Ca. I

**U**erba nee mie filij helchie. Et factum est in mense casleu anno vicefimo et ego erax in suis castro. Et venit ad me anani unus de fratribus meis ipse et viri iuda. et interrogavi eos de iudeis qui remanserant et supererant de cap

nitate et de hierusalem. Et dixerunt mihi: Qui remanserunt et derelicti sunt de captivitate ibi in provincia. in afflictione magna sunt et in obprobrio. et murus hierusalem dissipatus est. et porte eius combuste sunt igni. Cuncti audisse verba huiusmodi. sed et fleui et luxi diebus multis. et ieiunabam et orabam ante faciem dei celi et dixi: Queso domine deus celi fortis magne atque terribilis. qui custodisti pactum et misericordiam cum his qui te diligunt et custodiunt mandata tua. fiant aures tue auscultantes et oculi tui aperti ut audias orationem servi tui quia ego oro coram te hodie nocte et die pro filiis israel servis tuis. et confiteor pro peccatis filiorum israel quibus peccaverunt tibi. Et ego et domus patris mei peccavimus: vanitate seducti sumus. et non custodiimus mandatum tuum et ceremonias et iudicia que precepisti moysi famulo tuo. Memento verbi quod mandasti moysi seruo tuo dicens: Cum transgressi fueritis: ego disperdam vos in populos: et si revertamini ad me et custoditis precepta mea et faciatis ea ena si abducti fueritis ad extrema celi. inde congregaboros et reducam in locum quem elegeri ut habitaret nomen meum ibi. Et ipsi servi tui et populus tuus quos redemisti in fornicatione tua magna: et in manu tua valida. Obsecro domine sit auris tua attendens ad orationem servi tui. et ad orationem servorum tuorum qui volunt timere nomen tuum: et dirige servum tuum hodie: et da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram princeps regis

**H**actum est autem in mense nisan: anno vicefimo Artaxerxis regis: et vinum erat ante eum. Et leuavi vinum et dedi regi et eram quasi languidus ante faciem eius.